



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Tertia pars.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Setimo

piat. psal. Saluasti me a descendentibus in lacu. et ut animam et corpus ad celestia regna pducatur. De salute anime dicitur lu. 9. Filius hominis non venit animas perdere sed saluare. De salute vero corporis dicitur phil. 3. Saluatorum expectamus dominum nostrum iesum christum. qui reformabit corpus humilitatis nostre ad figuram corporis sue. Et quod ista salus sit regni celestis dicitur apo. 2. thi. 4. Liberabit me dominus ab omni opere malo. et saluum faciet in regnum suum celeste. cui laus et gloria in secula seculorum amen.

### Tercia pars

Et dicitur quod vocatum est: tangit sacri nominis precedens insinuatio. et duo facit. Primo tangit anuntiationem dignitatem. quod vocatum est ab angelo. lu. 2. Vocabis nomen eius iesum. Nota gloria tangit duplicem causam quare hoc nomen ab angelo vocatum est. Prima quod non deuit tam gloriosum nomen primum ab hominibus appellari sed ab excellentiori natura. Secunda est ne homo videretur huius nominis machinator. Secundo ponit tempus congruitas: priusquam in utero virginis conciperetur: ecle. 6. Qui futurus est iam vocatum est nomen eius. et scit quod homo sit. Nota quod christus prius voluit nominari quam in virgine esset conceptus. Primo ut ostenderet se ante conceptum virginis extitisse. non enim nominant nisi ea que sunt. non quod hoc nomen ab eterno fuit ordinatum. psal. Dicit nomen tuum in eternum. Secundo fuit a deo diuino ore nominatum. isa. 62. Vocabit tibi nomen nouum quod os domini nominauit. Tercio a prophetis expectatum. gene. 49. Salutare tuum expectabo domine. Quarto virginis et ioseph nuntiatum. lu. 2. et mat. 1. Quinto pastorum nuntiatum. lu. 2. Annuncio vobis gaudium magnum quia natus est vobis hodie saluator mundi. Sexto a ioseph hodie impositum. Septimo ab apostolis diuulgatum. vnde de beato paulo dicitur. Vas electionis est mihi ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israel. act. 9. et ecle. 47. Ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum. quoniam in omnem terram exiit sonus eorum. et in fines orbis terre verba eorum. Rogemus ergo.

### In vigilia epiphanie. prima pars. ser. xvii

Et dicitur herode ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egipto etc. mat. 2. Querunt aliqui frequenter. quare mali homines viuunt in mundo isto. quibus respondet aug. super psal. a tangit duas causas vite eorum dicens. Ne putetis frustra malos homines viuere. omnis enim malus aut ideo viuunt ut corrigatur. aut ut per ipsum bonus exerceatur ecce nequissimus herodes qui longo vixit